

tatem ausert, prouidentiam, rerumque quæ infra lunam sunt, scientiam; nobis animorum rationalium immortalitatem, & multiplicationem eripit: illudque unius in omnibus hominibus intellectus monstrum, atque portentum inducit; deniq; & Deo opt. max. ut certum est & nobis, ut multi afferunt, & ex eius principijs consequitur, improbissime tollit libertatem. Quibus sane rebus efficitur, nullam esse debere religionem, & pietatem aduersus Deum; nullos ipsius numini cultus, honores, preces adhibendas, cum nec curet nostra, nec sciat: Nulla item aut supplicia flagitijs a Deo, aut præmia recte factis esse proposita. Quid multa omne peccandi impunitatem & sibi persuasit, & quid in ea opinione quereret, factis testatus est.

Iam uero, qui eiusmodi sectetur dogmata ac decreta, quæ, obsecro, qualia que putauimus ad ea comprobanda comminisci? Quæ ex his colligere consequentias? Quæ tot erroribus credimus esse posse consentaneas ne secum ipse identidem pugnare cogatur? ut profecto uix illa Philosophia ipsius pars sit, in qua non alicuius uenientis subdit suspicio. Adde fuisse mahometanum, & (quod ipsa scripta facile declarant) conceptum animo aduersus Christianam religionem odium semper habuisse; ut neesse sit, sua eum fodi diffissima secta, scripta quoque philosophica in secessisse non parum. Vxius præterea est corrupto Aristotelis libro, & pluribus in locis depravato; id quod eius scripta præse ferunt. Græcis fere omnibus explatoribus earnit; Latinis etiam, qui nec dum extabant, destitutus fuit: ut neesse sit, in eo nec grauem, nec securam inesse doctrinam, nam eis acutum quiddam raro, exile tamen dicendi, & philosophandi genus, in eo reperitur: est tamen illud obscurum, insitatum, & saep ab Aristotelis sensu intelligentiaque alienum, quod recta interpretatione, ac uerstone Aristotelis, aliorumque interpretum luce caruerit. Nos igitur, ubi quidpiam recti dixerit, non assernabimur: ubi sequens, alios ei longe doctiores anteponemus, & ipsum impietas, ubi tale quid dixerit, condemnabimus.

Illud quoque absurdum & perniciosum est, uel disputandi, uel loquendi genus, quo, illud ex philosophia, hoc ex Veritate, afferitur; aut, idem secundū philosophiam uerum, secundum Fidem falsum esse affirmatur. Neque enim philosophia, sed euangelii a erit, quæ a ueritate abhorret; neque, quæ cum diuina doctrina, id est, Fide pugnet, ueritas esse poterit. Sic enim uero uerum congruit, ut ueritas ueritati non possit esse contraria. Quo circa non immerito in Concilio Lateranensi tertio, hoc disputandi, ac loquendi genus, uerbis exterminatur grauissimis. Neque illud dissimile est, Hoc in Aristotele hoc uero in ueritate, aut in Fide esse dicendum: ut enim id interdum necessarium sit, tamen ea fieri moderatione debet, ut ne in rebus, quæ ad fidem & religionem attinent, idem ipsam, hoc est, a Deo acceptam disciplinam, obiecta Aristotelis autoritate præmere uideamus: quod sane isti faciunt, qui summo conatu uiribusq; nituntur ostendere compluvibus in rebus, Aristotelem contra fidem sensisse, cum tamen constet paucissimis in rebus